desertos volebat socios: sed prospero ex temeritate unius Roma-
ni ducis successu in alterius ducis exercitusque opprimendi oc-
casionem imminebat. Cn. Fulvium praetorem Apuli legati nun- 6
tiabant primo, dum urbes quasdam Apulorum, quae ad Hanniba-
lem descivissent, oppugnaret, intentius rem egisse; postea nimio
successu et ipsum et milites praeda impletos in tantam licentiam
socordiamque effusos, ut nulla disciplina militiae esset. cum 7
saepe alias tum paucis diebus ante expertus, qualis sub inscio
duce exercitus esset, in Apuliam castra movit. Circa Herdoneam **21**
Romanae legiones et praetor Fulvius erat. quo ubi allatum est
hostis adventare, prope est factum, ut iniussu praetoris signis
convulsis in aciem exirent. nec res magis ulla tenuit quam spes
haud dubia suo id arbitrio ubi vellent facturos. nocte insequenti 2
Hannibal, cum tumultuatum in castris et plerosque ferociter, si-
gnum ut daret, institisse duci ad arma vocantis sciret, haud du-
bius prosperae pugnae occasionem dari, tria milia expeditorum 3
militum in villis circa vepribusque et silvis disponit, qui signo
dato simul omnes e latebris existerent, et Magonem duobus 4

— *exauctor.*, s. 8, 34, 9; *velut*, weil dieses nicht durch den Tod des Feldherrn, sondern nur durch Entbindung von dem Eide erfolgen konnte, s. 2, 32, 2. Die Volonen werden also als regelmässige Soldaten, daher c. 22 als *desertores* betrachtet, und da sie 27, 38 in die Legionen eingereiht werden, nicht allein als Freie, sondern auch als Bürger behandelt, s. Becker 2, 1, 78. — *discessit*, s. dagegen c. 19, 4.

5—7. *ut tanto d.*, wie es, n. sein Nichtwollen, bei (wegen) einer so grossen Gefahr, da sie drohte, natürlich war, vgl. 24, 45, 11; 7, 27, 7: *ne in muris quidem satis firma spe*; 4, 13, 1: *ut illis temporibus*; 7, 9, 7: *incertis viribus*; auch 3, 8, 7 hat die Veron. Hds. *magis re subita*; gewöhnlicher wird *in* hinzugefügt, s. c. 19, 15; 1, 27, 7: *in re trepida*; 35, 27, 6: *in nullo propinquo metu.* — *in occas. im.*, s. 23, 16, 3; 30, 28, 9: *in propinquam eam (victoriam) imminebant animis*: da er in Folge der Tollkühnheit eines Anführers einen so glücklichen Erfolg gehabt hatte, lauerte er auf eine günstige Gelegenheit über einen anderen u. s. w. — *in t. lic.* — *effusos*, s. 36, 11, 3: *in eandem (luxuriam) et milites effusi sunt.* — *movit*, dass Hannibal gemeint ist, zeigt schon der Zusammenhang.

21. 1—4. *Herdoneam*, s. 24, 20, 8. — *et praet.*, 23, 33, 11; 28, 12, 6: *exercitum cum duce*; 24, 20, 1; 36, 3; gewöhnlich steht der Anführer vor *et* od. *cum.* Ein Cn. Fulvius wird unter fast gleichen Umständen 27, 1 von Hannibal geschlagen; wahrscheinlich ist die an u. St. gegebene Darstellung nur eine andere Form der späteren, vgl. c. 18, 3. — *erat*, vgl. Caes. B. G. 2, 28, 3: *quantoque in periculo et castra et legiones et imperator versaretur.* — *convuls.*, 3, 7, 3. — *ulla* durch die Stellung nach *magis* gehoben. — *ad a. v.*, 22, 28, 9. — *exister.* sich plötzlich erheben sollten, Cic. Verr.

ferme milibus equitum, qua fugam inclinaturam credebat, omnia
itinera insidere iubet. his nocte praeparatis prima luce in aciem
5 copias educit. nec Fulvius est cunctatus, non tam sua ulla spe
quam militum impetu fortuito tractus. itaque eadem temeritate,
qua processum in aciem est, instruitur ipsa acies ad libidinem
militum forte procurrentium consistentiumque, quo loco ipsorum
tulisset animus, deinde per libidinem aut metum deserentium lo-
6 cum. prima legio et sinistra ala in primo instructae, et in longi-
7 tudinem porrecta acies. clamantibus tribunis nihil introrsus ro-
boris ac virium esse, et, quacumque impetum fecisset hostis, per-
rupturos nihil quod salutare esset non modo ad animum sed ne
8 ad aures quidem admittebat. et Hannibal haudquaquam similis
dux neque simili exercitu neque ita instructo aderat. ergo ne
clamorem quidem atque impetum primum eorum Romani susti-
9 nuere. dux, stultitia et temeritate Centenio par, animo haudqua-
quam comparandus, ubi rem inclinatam ac trepidantis suos videt,
10 equo arrepto cum ducentis ferme equitibus effugit; cetera a fronte
pulsa in*de a* tergo atque alis circumventa acies eo usque est cae-
sa, ut ex duodeviginti milibus hominum duo milia haud amplius
evaserint. castris hostes potiti sunt.

22 Haec clades super aliam alia Romam cum essent nuntiatae, ingens quidem et luctus et pavor civitatem cepit; sed tamen, quia consules, ubi summa rerum esset, ad id locorum prospere rem

4, 48, 107: *qua Ditem patrem ferunt repente extitisse.* — *duobus f. m.*, vermittelst, mit; 9, 44, 11: *Postumius integris legionibus defessam aciem — invadit*, 25, 13, 2. — *qua*, 1, 27, 6. — *nocte*, 1, 51, 3.

5—10. *sua ull.*, nicht dass er irgend eine — gehabt hätte; durch eine — von seiner Seite. — *impetu*, 22, 50, 12. — *quo loco* n. *consistere*; also nicht in ihre Manipeln und auf den ihnen angewiesenen Plätzen, s. 22, 5, 3; 7. — *per libid.* nach Willkür, Laune. — *prima*, diese hat sonst gewöhnlich einer der Consuln, s. 24, 36, 4; 27, 1, 7 heisst es *quinta legio et sinistra ala.* — *sin. ala*, die Fusstruppen der Bundesgenossen waren, den Legionen entsprechend, in zwei *alae*, die *dextra* u. *sinistra*, jede zu 4200 Mann getheilt, 27, 2 7. — *in primo*, s. 36, 18, 2, wie sonst *prima acies*; vgl. 10, 14, 17: *ni secunda acies — in primum successisset*; 2, 20, 10. — *in longit.*, mit breiter Front, ohne Tiefe (*nihil introrsus* etc.), s. 2, 31, 2; 33, 8, 14: *longa potius quam lata acies*; 27, 48, 7. Ueber die Aufstellung der Truppen s. 27, 1, 7; sonst ist dieselbe nach den drei Abtheilungen der hastati, principes, triarii von selbst gegeben, s. 8, 8. — *robor. ac vir.*, s. c. 33, 6. — *ad aur. adm.*, vgl. 30, 3, 7: *auribus admisit.* — *perruptur.*, an den einzelnen Stellen, nach *hostis* auf die Einzelnen bezogen. — *et Hann.*, und überdiess, dazu kam dass u. s. w. Voss vermuthet *at H.* — *arrepto*, sonst sind die Feldherrn gewöhnlich zu Pferde. — *inde a*, dann, sobald sie anfangen wollten zu fliehen.

22. 1—4. *super al. al.*, s. 6, 10, 8. — *summa rer.*, s. 3, 5, 8; 27, 20, 6 u. a., der wichtigste Punkt, wo

gererent, minus iis cladibus commovebantur. legatos ad consu- 2
les mittunt C. Laetorium M. Metilium, qui nuntiarent, ut reliquias
duorum exercituum cum cura colligerent darentque operam, ne 3
per metum ac desperationem hosti se dederent, id quod post
Cannensem accidisset cladem, et ut desertores de exercitu volo-
num conquirerent. idem negoti P. Cornelio datum, cui et dile- 4
ctus mandatus erat, isque per fora conciliabulaque edixit, ut con-
quisitio volonum fieret, iique ad signa reducerentur. haec omnia
intentissima cura acta.

Ap. Claudius consul D. Iunio ad ostium Vulturni, M. Aurelio 5
Cotta Puteolis praeposito, qui, ut quaeque naves ex Etruria ac
Sardinia accessissent, extemplo in castra mitterent frumentum,
ipse ad Capuam regressus Q. Fulvium collegam invenit Casilino 6
omnia deportantem molientemque ad oppugnandam Capuam. tum 7
ambo circumsederunt urbem et Claudium Neronem praetorem
ab Suessula ex Claudianis castris exciverunt. is quoque, modico 8
ibi praesidio ad tenendum locum relicto, ceteris omnibus copiis
ad Capuam descendit. ita tria praetoria circa Capuam erecta; tres
[et] exercitus diversis partibus opus adgressi fossa valloque cir-
cumdare urbem parant et castella excitant modicis intervallis
multisque simul locis cum prohibentibus opera Campanis eo 9

die Entscheidung erfolgen musste. — *ad id loc.*, wie c. 19, 11 u. o., s. 43, 5, 4; ebenso schon Sallust. — *gerer.*, sahen, wussten, dass u. s. w. *commoveb.* geht auf *civitas*, vgl. 5, 39, 4; *mittunt* nur auf den Senat. — *Laetor.*, s. 23, 30, 16. *Metil.*, sonst nicht bekannt. — *per met.*, Beweggrund. — *id quod* etc. ist wol von einem Annalisten hinzugefügt, da nach der Schlacht bei Cannae die Verhältnisse ganz andere waren, s. 22, 52. — *desertor.*, s. c. 20, 4. — *Cornel.* (Sulla) dem Stadtprätor. — *cui et dil.*, wahrscheinlich nach dem Senatsbeschluss c. 5, 6: *absistere eos* etc., vgl. c. 3, 4. — *fora conc.* s. c. 5, 6. — *conquis. fieret* stärker als *conquirerentur.*

5—6. *App. Claud.* etc. wiederholt das bereits c. 20, 3 erwähnte wol nach einer anderen Quelle mit genauerer Angabe der Massregeln, die getroffen wurden, und deren Ausführung. *Aurelio*, 23, 30. *Iunio* nicht zu verwechseln mit dem Prätor M. Iunius c. 20, 3. — *Puteol.*, 27, 15, 15: *illo loco praepositus*, vgl. 25, 15, 9. — *quaeq. n.*, jedesmal mehrere aus beiden Ländern, 32, 16, 9; 26, 29, 3. — *extempl.*, s. c. 39, 5. — *Casilino* haben die Hss., s. 24, 12, 3; *Casilini* wäre nicht passend, da Claudius den Fulvius bei Capua (*ad Capuam regressus*) findet. — *omnia* bezeichnet zu *deportantem* das Getreide, s. c. 20, 2, zu *molientem* die Vorkehrungen überhaupt, die mit Eifer und Anstrengung gemacht werden, vgl. 4, 58, 9: *praesidia.*

7—9. *Neronem*, c. 3, 2. — *Claud. cast.*, 23, 31, 3. — *modico* etc. und *tenend.*, s. 23, 48, 2; 5. — *tria praet.*, sie beziehen drei verschiedene Lager; anders 22, 42, 2; 8; 11, 7. — *tres et*, die Nachstellung von *et* wäre dichterisch. — *excitant*, s. 23, 37, 2: *turrem excitavit*; 43, 18, 9: *turres excitari* u. a. Zur Sache vgl. 5, 1, 8. — *prohibent*, zu hindern

eventu pugnant, ut postremo portis muroque se contineret Cam-
10 panus. prius tamen, quam haec continuarentur opera, legati ad
Hannibalem missi, qui quererentur desertam ab eo Capuam ac
prope redditam Romanis obtestarenturque, ut tunc saltem opem
11 non circumsessis modo sed etiam circumvallatis ferret. consuli-
bus litterae a P. Cornelio praetore missae, ut, priusquam claude-
rent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent, ut, qui eo-
12 rum vellent, exirent a Capua suasque res secum inde ferrent. li-
beros fore suaque omnia habituros, qui ante idus Martias ex-
issent; post eam diem quique exissent quique ibi mansissent,
13 hostium futuros numero. ea pronuntiata Campanis, atque ita
14 spreta, ut ultro contumelias dicerent minarenturque. Hannibal
ab Herdonea Tarentum duxerat legiones spe aut vi aut dolo ar-
cis Tarentinae potiundae, quod ubi parum processit, ad Brun-
15 disium flexit iter prodi id oppidum ratus. ibi quoque cum fru-
stra tereret tempus, legati Campani ad eum venerunt querentes
simul orantesque. quibus Hannibal magnifice respondit, et antea
se solvisse obsidionem et nunc adventum suum consules non la-
16 turos. cum hac spe dimissi legati vix regredi Capuam iam du-
plici fossa valloque cinctam potuerunt.

23 Cum maxume Capua circumvallaretur, Syracusarum oppu-
gnatio ad finem venit, praeterquam vi ac virtute ducis exercitus-
2 que, intestina etiam proditione adiuta. namque Marcellus initio

versuchten, s. 4, 19, 5. — *Campanis* — *Campanus* um die einzelnen Abtheilungen der Gesammtheit entgegen zu stellen. — *portis m.*, so gewöhnlich der blosse Ablat. bei *se continere*, *se tenere*, s. 31, 26, 6: aus den Thoren nicht ausrückten, innerhalb oder auf der Mauer blieben, dagegen *in castris* 36, 17, 9. Zur Sache vgl. 26, 4, 3.

10—13. *continuar.*, 23, 17, 5. — *redditam* ist nachdrücklicher als *traditam*, freiwillig, absichtlich ihnen wieder zurückgegeben. — *a P. C. pr.*, im Auftrage des Senates, vgl. 26, 12, 5: *edictum proconsulis ex senatus consulto propositum* etc., 22, 33, 9. — *exirent ab C.*, s. 21, 13, 7: *ab Sagunto exire*, 24, 40, 11. — *ante Id. M.*, die Umwallung muss also gegen das Ende des Jahres geschehen sein. — *quique — quique*, s. 1, 55, 6. — *numero*, s. 30, 42, 9: *hostium numero in vinculis habeat*; 4, 4, 12, vgl. 39, 28, 13: *quo in numero*. — *atque*, und dabei, wie es sich bei dem Charakter der Campaner erwarten liess u. s. w.; wir erwarten eine Adversativpartikel, vgl. c. 25, 5; 24, 39, 8; 28, 25, 1 u. a.

14—16. *prodi*, die sichere Erwartung, s. 32, 37, 6; zu 4, 58, 14. — *magnifice*, s. 21, 41, 1. — *cum hac s.*, so dass sie diese mitnahmen; 44, 13, 12: *cum gratia a consule profectum* u. a. — *duplici v.*, nach der Stadt und dem freien Felde zu. — *cinctam* = *cum iam cincta esset*, nicht einfaches Attribut.

23—31. Eroberung von Syracus. Polyb. 8, 37f.; Zon. 9,5; Plut. Marc. 18; Frontin. Strat. 3, 3, 2; Sil. It. 14, 585ff.

1—4. *Syracus.* etc. knüpft an 24, 34 u. 39 an. — *praeterquam*, s. 4,

veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem et Hippocraten
verteret bellum, an obsidione Syracusas premeret, quamquam 3
nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo
situ urbem nec fame, ut quam prope liberi a Carthagine com-
meatus alerent, tamen, ne quid inexpertum relinqueret, transfugas 4
Syracusanos — erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi
viri inter defectionem ab Romanis, quia ab novis consiliis ab-
horrebant, pulsi — conloquiis suae partis temptare hominum
animos iussit et fidem dare, si traditae forent Syracusae, liberos
eos ac suis legibus victuros esse. non erat conloquii copia, quia 5
multorum animi suspecti omnium curam oculosque converterant,
ne quid falleret tale admissum. servus unus exulum pro trans- 6
fuga intromissus in urbem conventis paucis initium conloquendi
de tali re fecit. dein piscatoria quidam nave retibus operti cir-
cumvectique ita ad castra Romana conlocutique cum transfugis,
et idem saepius eodem modo et alii atque alii. postremo ad
LXXX facti. et cum iam composita omnia ad proditionem essent, 7
indicio delato ad Epicyden per Attalum quendam, indignantem
sibi rem creditam non esse, necati omnes *cum* cruciatu sunt. alia 8
subinde spes, postquam haec vana evaserat, excepit. Damippus

17, 6. — *veris*, des Jahres 212, s. zu 24, 39, 13. — *Agrigent.*, s. 24, 39; doch scheint sich nach u. St. auch Hippocrates dahin begeben zu haben. — *premeret*, was bisher auch geschehen war, s. 24, 34, 16; ib. 39, 13; aber Marcellus scheint jetzt eine engere Einschliessung zu beabsichtigen. — *ut quam*, 1, 49, 3. *liberi* etc., dazu passt das § 14 Gesagte nicht, s. auch c. 25, 12; 26, 2; 27, 3. — *transfug.*, § 6 *exulum*. — *aliqui*, einige ihrer Person (nicht der Zahl *aliquot*) nach unbestimmte. — *novis c.*, den Abfall von Rom. — *suis leg.*, s. c. 16, 7.

5—7. *susp.*, der Umstand dass — waren. — *convert.*, hatte auf sich gezogen, Alle aufmerksam gemacht, so dass sie zu verhüten suchten. — *oculos* geht mehr auf *multi* als auf *animi*; 24, 46, 5. — *tale ad.*, 24, 24, 3; 27, 31, 2. — *unus*, nur ein einziger Sc., 24, 28, 1. — *piscator. nave*, wenn nicht i n ausgefallen ist, localer, s. 24, 5, 4: *quadrigis*; 41, 10, 10: *eadem nave – rediit* u. a., *retibus* instrumentaler Ablat., beide sind mit *operti* in Beziehung gesetzt, obgleich bei *piscat. nave* wol schon mehr an *circumvecti* gedacht ist, s. 24, 16, 11: *nota*; auf beide bezieht sich *ita*. — *circumvecti*, wahrscheinlich aus dem grossen Hafen um Achradina herum, da das Lager des Marcellus noch in der Nähe des Hexapylon gewesen zu sein scheint; § 10. — *conloc.* n. *sunt*, s. c. 25, 1; zu 10, 17, 9; 8, 9, 9; 2, 60, 2. — *idem* = *iidem*; das Prädicat ist leicht aus dem Vorhergeh. zu entnehmen. — *octog.*, 26, 30, 3, in einer Rede: *septuaginta*. — *et* verbindet *iam compos.* zunächst mit *octog. facti*. — *prodition.*, der Ausführung des Verrathes. — *cum cruc.*, einige ältere Hdss. haben *cumcruciati* od. *concruciati*, der Put. nur *cruciati*, was jedoch undeutlich wäre, obgleich es activ ausgedrückt heissen würde. *necaverunt omnes cruciatos*; Curt. 8, 29, 20: *excruciatos necaverunt.*

8—9. *excep.*, trat nach, statt der-

quidam Lacedaemonius, missus ab Syracusis ad Philippum regem,
9 captus ab Romanis navibus erat. huius utique redimendi et Epicydae cura erat ingens, nec abnuit Marcellus, iam tum Aetolorum, quibus socii Lacedaemonii erant, amicitiam adfectantibus Romanis.
10 ad conloquium de redemptione eius missis medius maxime atque utrisque opportunus locus ad portum Trogilorum propter turrim, quam vocant Galeagram, est visus. quo cum saepius com-
11 mearent, unus ex Romanis ex propinquo murum contemplans, numerando lapides aestimandoque ipse secum, quid in fronte pa-
12 terent singuli, altitudinem muri, quantum proxime coniectura poterat, permensus, humilioremque aliquanto pristina opinione sua et ceterorum omnium ratus esse et vel mediocribus scalis
13 superabilem, ad Marcellum rem defert. haud spernenda visa. sed cum adiri locus, quia ob id ipsum intentius custodiebatur,
14 non posset, occasio quaerebatur; quam obtulit transfuga nuntians diem festum Dianae per triduum agi, et, quia alia in obsidione

selben ein. — *ab Rom. nav.*, vgl. 27, 31, 3: *classis – laeta rediit*, zu 37, 24, 1; 2, 54, 5. — *ad Phil.*, viell. um ihn um Beistand zu bitten. — *Epicydae* wie c. 25, 12; 35, 37, 5: *Euthymidae*; die nicht patronymischen Namen auf *ides* od. *ades* folgen zwar der 3. Declination, haben aber bisweilen Casusformen der ersten, vgl. 31, 33, 2: *Heraclidam*, vgl. 24, 31, 2; Neue 1, 344. — *iam tum* ehe das 26, 24 erwähnte Bündniss geschlossen wurde; ein Zeichen der weitaussehenden Politik der Römer. — *adfect.*, s. 24, 22, 11: eifrig suchen.

10—12. *medius m.*, gerade in der Mitte, wird durch *utrisque* deutlich. — *ad turr.*, zwei attributive Bestimmungen, s. 2, 52, 7. — *portum Trog.*, an der nördlichen Einbiegung des Meeres; von Thucyd. 6, 99: *ἐπὶ τὸν Τρωγίλον καλούμενον*, vgl. 7, 2, nicht als Hafen bezeichnet, Halm 333, wie auch sonst nur zwei Häfen bei Syracus erwähnt werden. *Galeagr.*, an der Nordseite der Stadt, in der Gegend, wo sich die Tyche u. Achradina in der Nähe des Meeres berühren, nicht weit von der scala Graeca, Plut. *πύργον τινα*, vgl. Zon. l. l. *numer.* etc., er zählt die Steine, schätzt die Höhe der einzelnen an der Vorderseite, und findet so die Höhe der ganzen Mauer; Polyb. 8, 37, 1: *ἐξηριθμήσατο τοὺς δόμους* (Steinlagen). *ἦν γὰρ ἐκ συννόμων λίθων ᾠκοδομημένος, ὥστε καὶ λίαν εὐσυλλόγιστον εἶναι τὴν ἀπὸ γῆς τῶν ἐπάλξεων ἀπόστασιν.* — *ipse*, s. 24, 4, 9. — *paterent*, sich ausdehnten u. in die Höhe; 24, 3, 1, vgl. Caes. B. C. 1, 45: *tantum in latitudinem patebat.* — *quantum pr. p.*, so nahe er durch blosse Vermuthung der Wirklichkeit kommen kann, vgl. 1, 23, 5; 44, 12, 6. — *pristina op.*, wie *opinione citius* u. ä. gesagt, 24, 34, 10; Pol. l. l.: *τεῖχος καθ' ὃ μέρος ἦν ταπεινότερον.* — *vel*, schon. — *adiri*, wie überhaupt diese Seite die schwächste war, s. 24, 33, 9. — *quaer.*, 36, 10, 12.

14. *diem f.*, ebenso Frontin. l. l.; Polyb. *θυσίαν ἄγουσι πάνδημον, οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἐφ' ἡμέρας ἤδη τρεῖς*; der Ausdruck *diem f.* neben *per triduum* erklärt sich daraus, dass *dies festus* éinen Begriff: Fest, bezeichnet, wofür erst Dichter *festum* brauchen; vgl. 34, 41, 1: *celeberrimum festorum dierum ludierum — die stata intermissum.*

desint, vino largius epulas celebrari et ab Epicyde praebito uni-
versae plebei et per tribus a principibus diviso. id ubi accepit 15
Marcellus, cum paucis tribunorum militum conlocutus, electisque
per eos ad rem tantam agendam audendamque idoneis centurio-
nibus militibusque et scalis in occulto comparatis, ceteris signum
dari iubet, ut mature corpora curarent quietique darent: nocte
in expeditionem eundum esse. inde ubi id temporis visum, quo 16
de die epulatis iam vini satias principiumque somni esset, signi
unius milites ferre scalas iussit; et ad mille fere armati tenui ag-
mine per silentium eo deducti. ubi sine strepitu ac tumultu primi 17
evaserunt in murum, secuti ordine alii, cum priorum audacia
dubiis etiam animum faceret. Iam mille armatorum ceperant **24**
partem, cum ceterae admotae *sunt copiae*, pluribusque scalis in

Dianae, die besonders auf der Ortygia verehrt wurde, s. Cic. Verr. 4, 53, 118; Preller Gr. Myth. 1, 235. — *vino-celebr.*, vgl. c. 12, 15: *celeber omni caerimoniarum genere*, ferner *sermone*, *laetitia* u. a., durch, unter Genuss des Weines festlich begehen, vgl. 33, 48, 6: *multo vino productum*. — *plebei* und *per tribus*, von L. zugesetzt; der Ausdruck nach römischer Auffassung; da in Syracus *tribus* nicht bestanden, so ist überhaupt an einzelne Abtheilungen der Bürgerschaft zu denken, s. 24, 21, 11; die Spenden selbst stellt sich L. wie die congiaria in Rom vor, s. c. 2, 8. Zu *tribus* war *singulae* nicht nothwendig, da das Verhältniss schon durch *per* ausgedrückt ist.

15—17. *agend. aud.*, s. c. 16, 19; 22, 14, 14 u. a. — *quietiq.*, u. *corpora* od. *se*, s. c. 38, 23; 9, 37, 7: *curati cibo corpora quieti dant*, s. 3, 2, 10. — *scalis*, Pol. c. 37, 3: *ταχὺ κλιμάκων δυοῖν συντεθεισῶν*. — *ceteris*, die vorhererwähnten rücken also früher aus, s. Pol. l. l. — *sign.*, wohl *per tesseram*, wie 7, 35, 1. — *de die*, 23, 8, 6. — *satias*, mehrfach bei Tacitus und den Dichtern statt des gewöhnlichen *satietas*. — *signi*, ein Manipel, s. 8, 8, 7; 33, 1, 2. — *ferre sc.*, vgl. 1, 43, 8; nach Polyb. ist der Manipel die Bedeckung der zum Tragen und Ersteigen der Leitern Bestimmten. — *eo* scheint der Ort zu sein, wo die Mauer erstiegen werden soll, § 10; Pol. *προπέμψας* (die mit den Leitern) — *πᾶσαν τὴν δύναμιν ἐξεγείρας τοὺς μὲν πρώτους ἐν διαστήματι κατὰ σημαίαν ἐξαποστέλλει· ἑνωμένων δὲ τούτων εἰς χιλίους βραχὺ διαλιπὼν αὐτὸς εἵπετο μετὰ τῆς ἄλλης στρατειᾶς*; *tenui agmine* wäre also nicht genau, s. 3, 28, 2.

24. 1—2. *mille arm.*, können nur die c. 23, 16 erwähnten sein: die 1000 M., vgl. 23, 44, 7. Im Folg. ist *partem* undeutlich, man sollte eher *turrim et muri partem* erwarten, Plut. Marc. 18: *οὐ μόνον τὸν πύργον- ἀλλὰ καὶ κύκλῳ τὸ τεῖχος*. Die Mauer selbst ist der mit *eo* c. 23, 16 bezeichnete Theil. *ceterae — cop.* können nur die übrigen Truppen ausser den c. 23, 16 bezeichneten sein, so dass § 7 *omnibus* nicht genau, wenigstens für: alle übrigen gesagt ist. — *admot.*, s. 24, 46, 3; 25, 39, 2, *sunt* kann dabei nicht wol fehlen; über den Wechsel der Tempora s. 24, 1, 6, über das Imperf. nach *iam — cum* 44, 10, 6: *iam — erat, cum — percutiebantur*; 35, 2, 1: *nondum profectus erat, cum — gerebantur*, vgl. 2, 46, 3; Cic. Verr. 2, 2, 36, 89. *admotae* kann sich nur

2 murum evadebant signo ab Hexapylo dato, quo per ingentem
solitudinem erat perventum, quia magna pars in turribus epulati
aut sopiti vino erant aut semigraves potabant. paucos tamen
3 eorum *inproviso oppressos* in cubilibus interfecerunt. prope
Hexapylon est portula; *ea* magna vi refringi coepta et e muro ex
composito tuba datum signum erat, et iam undique non furtim
4 sed vi aperte gerebatur res. quippe ad Epipolas, frequentem custodiis locum, perventum erat, terrendique magis hostes erant

auf den durch *s. ab Hexap. dato* bezeichneten Ort und Zeitpunkt beziehen; die 1000 M. hätten also noch bei Galeagra die Mauer erstiegen und wären auf dieser bis an das Hexapylon gekommen; hier wären noch andere Truppen auf die Mauer nachgerückt. — *quo pervent.*, von dem Punkt an, wo die ersten aufgestiegen sind. Ob diese Darstellung genau u. richtig ist lässt sich aus der sehr verkürzten Erzählung des Pol. c. 37, 7 nicht erkennen: *ἐπεὶ δὲ οἱ φέροντες τὰς κλίμακας ἔλαθον — τῷ τείχει προσερείσαντες, ἐξ αὐτῆς ὥρμησαν — οἱ πρὸς τὴν ἀνάβασιν ἀποτεταγμένοι. λαθόντων δὲ καὶ τούτων καὶ στάντων ἐπὶ τοῦ τείχους — οὐκέτι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχης τάξιν ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ἅπαντες* (der Manipel od. Mehrere noch?) *ἀνέβαινον διὰ τῶν κλιμάκων.* — *per solit.*: ohne irgendwo Wachen und Posten zu finden. — *magna p.* ist Apposition zu dem in *potabant* liegenden Subjecte, an das sich der Form nach die Attribute angeschlossen haben, gewöhnlich ist bei *magna pars* ein bestimmtes Subj. genannt, s. zu 9, 24, 12; 30, 8, 7; es ist: die Mehrzahl im Verhältniss zu *paucos*, die, wie es scheint, nicht mehr bei dem Gelage, aber doch auch nicht zur Vertheidigung bereit waren. — *semigraves* findet sich nur hier, s. 22, 16, 4, auch dazu gehört *vino*, wie sonst *gravis*, *gravatus vino*. — *eorum*, überhaupt der auf der Mauer Postirten; dass die *sopiti* und *semigraves vino* verschont worden seien, liegt nicht in den Worten. — *inp. opp.*, s. 10, 32, 8, vgl. unten c. 38, 17: *inermis oppressos*, Pol. *οἱ γὰρ εἰς τοὺς πύργους ἠθροισμένοι — οἱ μὲν ἀκμὴν ἔπινον οἱ δὲ ἐκοιμῶντο. — διὸ — ἐπιστάντες ἄφνω καὶ μεθ᾽ ἡσυχίας ἔλαθον τοὺς πλείστους αὐτῶν ἀποκτείναντες.*

3–4. *portula* wie c. 9, 13, 15; 24, 46, 3, ungenau der Epitomator des Polyb.: *τὴν πρώτην πυλίδα διεῖλον δι᾽ ἧς τόν τε στρατηγὸν καὶ τὸ λοιπὸν ἐδέξαντο στράτευμα*, (s. § 7), u. Plut. l. l. *ἑξάπυλα διακόψας.* Das Hexapylon war zu fest, als dass es sogleich hätte erbrochen werden können, s. 24, 32, 4. — *ea* findet sich schon in alten Ausgaben, ohne dasselbe müsste *est* mit *coepta* verbunden werden, was die Wortstellung kaum zulässt, anders ist 1, 43, 10: *est honos additus*, 2, 58, 3 u. a. — *tuba s. d. erat* scheint dasselbe Zeichen zu sein wie § 2, da L. nach der Parenthese *quo – interfec.* die Erzählung weiter fortführt und die *ceterae copiae* bereits angerückt sind, daher auch *datum erat*. — *undique*: an der Pforte, auf der Mauer, von den anrückenden Legionen. — *vi aperte* asyndetisch wie *vi armatis hominibus*. — *ad Epipol.*, diese begann nicht weit vom Hexapylon westlich; die Römer sind also von diesem aus auf der nördlichen Mauer nach Westen vorgerückt. — *freq. cust.*, wahrscheinlich weil es die Beschaffenheit des Terrains hier nöthig machte, vgl. zu 24, 34, 3; 14. — *locum*, es war ein weit sich ausdeh-

quam fallendi, sicut territi sunt. nam simul ac turbarum est au- 5
ditus cantus clamorque tenentium muros partemque urbis, omnia
teneri custodes *rati* alii per murum fugere, alii salire de muro
praecipitarique turba paventium. magna pars tamen ignara tanti 6
mali erat et gravatis omnibus vino somnoque et in vastae ma-
gnitudinis urbe partium sensu non satis pertinente in omnia.
sub luce Hexapylo effracto Marcellus omnibus copiis urbem in- 7
gressus excitavit convertitque omnes ad arma capienda opemque,
si quam possent, iam captae prope urbi ferendam. Epicydes ab 8
Insula, quam ipsi Nason vocant, citato profectus agmine, haud
dubius, quin paucos per neglegentiam custodum transgressos
murum expulsurus foret, occurrentibus pavidis, tumultum augere 9
eos dictitans et maiora ac terribiliora vero adferre, postquam
conspexit omnia circa Epipolas armis conpleta, lacessito tantum
hoste paucis missilibus retro in Achradinam agmen convertit,
non tam vim multitudinemque hostium metuens, quam ne qua 10
intestina fraus per occasionem oreretur, clausasque inter tumul-
tum Achradinae atque Insulae inveniret portas. Marcellus ut 11

nender Raum. — *pervent. er.* zeigt an, dass die Pforte erbrochen, die Gegend an der Mauer (*partem urbis*) besetzt ist. — *sicut*, der Erfolg entsprach der Erwartung, vgl. 36, 5, 1.

5—6. *per mur.*, die Mauer entlang, wahrscheinlich nach dem Euryalus zu, s. c. 25, 2. — *praecipit.*, hier anders als c. 16, 15; über *que* 3, 55, 13. — *magn. p.*, die Mehrzahl der Bewohner der Stadt im Gegensatze zu der Besatzung von Epipolae, nachher durch *omnibus* wieder bezeichnet. — *vaestae m.*, s. 24, 2, 9. — *partium* — *omnia*, wie § 5, das, was einzelne Theile empfanden, erstreckte sich nicht auf alle, diese hatten davon keine Empfindung, kein Bewusstsein, s. 23, 49, 3: *ea caritas patriae per omnes ordines — pertinebat* u. a. Der Umfang der Stadt betrug damals über 4 geographische Meilen, vgl. Pol. 37, 12: οὐδενὸς ἐπεγνωκότος τῶν πολιτῶν τὸ συμβαῖνον διὰ τὴν ἀπόστασιν, ἅτε μεγάλης οὔσης τῆς πόλεως.

7—8, *subl.*, 42, 64, 8. — *hexap.*, jetzt das feste Thor selbst. — *omnib.*, zu § 1 *ceterae*; zur Sache 24, 32, 6. — *Nason*, in den Hss. meist *Nasson* geschrieben, die dorische Form, wie 24, 22, 8, vgl. 26, 24, 15; ib. 25, 20, vorher oft *Insula* 24, 24, 11 u. a., über die Bedeutung derselben s. 24, 22, 4. — *expulsur. for.*, s. 6, 42, 12; 22, 57, 5: *futura — foret*; 26, 26, 11. *occurr. pav.* ist abl. abs. um diesen Umstand zu heben, nicht *occurrentes pavidos*, s. c. 17, 7; 1, 28, 10. — *terribil. vero* s. c. 23, 12; zu 22, 54, 8. — *circa Epip.*, ebenso Polyb.: τοὺς δὲ Ῥωμαίους θαρρεῖν συνέβαινε κρατοῦντας τοῦ περὶ Ἐπιπολὰς τόπου, es ist wol an die nächsten Theile der an die Epipolae grenzenden, nicht durch besondere Mauern geschützten Tyche u. Neapolis zu denken, s. c. 25, 5. — *in Achr.*, s. § 15; 24, 23, 4. Epicydes giebt Neapolis und Tycha auf um nur Achradina und die Insel zu schützen. Die Periode umfasst in mannigfachen Formen alle Momente, welche Epicydes bestimmten, einen so unerwarteten Entschluss zu fassen.

moenia ingressus ex superioribus locis urbem omnium ferme illa tempestate pulcherrimam subiectam oculis vidit, inlacrimasse dicitur partim gaudio tantae perpetratae rei, partim vetusta gloria
12 urbis. Atheniensium classis demersae et duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti occurrebant et tot bella
13 cum Carthaginiensibus tanto cum discrimine gesta, tot tam opulenti tyranni regesque, praeter ceteros Hiero cum recentissimae memoriae rex, tum ante omnia, quae virtus ei fortunaque
14 sua dederat, beneficiis in populum Romanum insignis: ea cum universa occurrerent animo, subiretque cogitatio, iam illa mo-
15 mento horae arsura omnia et ad cineres reditura, priusquam signa Achradinam admoveret, praemittit Syracusanos, qui intra praesidia Romana, ut ante dictum est, fuerant, ut adloquio leni inpellerent hostis ad dedendam urbem.

25 Tenebant Achradinae portas murosque maxume transfugae, quibus nulla erat per condiciones veniae spes: ei nec adire muros
2 nec adloqui quemquam passi. itaque Marcellus, postquam ince-

11. *moenia ing.*, durch das Hexapylon. — *ex sup. l.*, Stephanus: *Ἐπιπολαὶ χωρίον ἀπόκρημνον προσεχὲς Συρακούσαις*; Thucyd. 6, 96: *ἐξήρτηται τὸ ἄλλο χωρίον καὶ μέχρι τῆς πόλεως ἐπικλινές τ' ἐστὶ καὶ ἐπιφανὲς πᾶν εἴσω· καὶ ὠνόμασται — Ἐπιπολαί.* — Ueber die Aussicht von der a. u. St. bezeichneten Höhe der Epipolae sagt ein neuerer Reisender: au nord l'oil se perd dans une immense plaine, qui borde le rivage de la mer, jusqu'au pied de mont Etne, dont l'énorme cône s'élève avec une majesté inexprimable; — au midi — la ville de Syracuse semble flotter sur la surface des eaux etc. — *pulcherr.* s. Cic. Rep. 3, 31: *urbs illa praeclara, quam ait Timaeus Graecarum maximam, omnium autem esse pulcherrimam, arx visenda, portus usque in sinus oppidi et ad urbis crepidines infusi, viae latae, porticus.* — *subi. oc.*. 44, 3, 7. *inlacr.* s. 40, 56, 6; 45, 4, 2; Sil. It. 14, 670: *ingemuit.* — *gaudio* innerer, *gloria*, wegen, äusserer Beweggrund.

12—15. *classis*, s. 24, 5, 5; Thucyd. 7, 55 ff., Cic. Verr. 5, 37, 97. — *duobus cl. d.*, Nicias und Demosthenes, vorher waren schon Lamachus und Eurymedon umgekommen. — *occurrebant*, s. § 14. — *cum Carthag.*, vgl. Diod. Sic. 19 f. — *tot t.*, c. 37, 13; 26, 13, 17 u. a., an andern Stellen ist *ac* zugesetzt, s. 24, 26, 13; 8, 12, 4 u. a. — *tyranni*, Agathocles, die beiden Dionyse; *reges*, um Hiero nicht unter die tyranni zu rechnen, s. Cic. Verr. 4, 56, 123. — *quae virt.* etc. vgl. 30, 1, 4. — *sua*, s. 24, 30, 7; 35, 42, 8: *cui — fortuna sua.* — *reditura*, wie *redigere* u. ä. — *Achrad. adm.*, s. 27, 25, 12: *Lacinium — admoverat copias.* Tycha und Neapolis sind bereits besetzt, s. § 10. — *intra pr.*, s. 24, 48, 10.

25. 1—2. *muros*, durch welche Achr. von Tycha und Neapolis getrennt war, s. 24, 32, 7, vgl. Plut. 18: *ἔμενε δὲ τὸ καρτερώτατον καὶ κάλλιστον καὶ μέγιστον (Ἀχραδινὴ καλεῖται) διὰ τὸ τετειχίσθαι πρὸς τὴν ἔξω πόλιν, ης τὸ μὲν Νέαν τὸ δὲ Τύχην ὀνομάζουσιν.* — *passi*, n. *sunt*, s. c. 23, 6. — *ad*

ptum inritum fuit, ad Euryalum signa referri iussit. tumulus est
in extrema parte urbis versus a mari viaeque imminens ferenti
in agros mediterraneaque insulae, percommode situs ad commea-
tus excipiendos. praeerat huic arci Philodemus Argius ab Epi- 3
cyde impositus; ad quem missus a Marcello Sosis, unus ex inter-
fectoribus tyranni, cum longo sermone habito dilatus per frustra-
tionem esset, rettulit Marcello tempus eum ad deliberandum
sumpsisse. cum is diem de die differret, dum Hippocrates atque 4
Himilco admoverent castra legionesque, haud dubius, si in arcem
accepisset eos, deleri Romanum exercitum inclusum muris posse,
Marcellus, ut Euryalum neque tradi neque capi vidit posse, inter 5
Neapolim et Tycham — nomina ea partium urbis et instar ur-
bium sunt — posuit castra timens, ne, si frequentia intrasset
loca, contineri ab discursu miles avidus praedae non posset. le- 6

Euryalum, Steph. *Εὐρύηλος ἡ ἀκρόπολις τῶν Ἐπιπολῶν, πολίχνιον δὲ τοῦτο Συρακουσῶν ἀπόκρημνον*, an der westlichen Ecke der Terrasse, auf der Syracus liegt., 24, 34, 3, „eine grosse, in den Felsen künstlich gehauene, von einer gewaltigen Mauer durchzogene Schlucht, mit der — unterirdische Gänge in Verbindung standen. Ueber denselben erheben sich Thürme und Hof des alten von Dionysius durch 60000 Arbeiter gebauten Castells, des Schlusspunktes der Befestigungen, welche die Richtung haben, um diesen Stadttheil mit den Mauern von Tycha und Neapolis zu verbinden und so einzuschliessen;“ Diod. 14, 18. — *tumulus*, der Euryalus wird von drei kleinen, konischen, nur wenig über die Ebene hervorragenden Hügeln gebildet (Schubring). *referri*, rückwärts wenden. — *insulae* hier Sicilien. — *in extr. p.*, Reiz vermuthet: *in extremam partem*, viell. ist *aversus* zu lesen. — *commeatus*, die aus dem Innern der Insel zugeführten.

3—4. *Philod. A.*, Polyb. 7, 2: *Φιλόδημον τὸν Ἀργεῖον*, s. 24, 22, 8. — *Argius*, 34, 25, 7, vgl. Cic. Tusc. 1, 47, 113: *Argiae sacerdotis*. — *Sosis*, 24, 21, 4. — *dilatus*, vgl. 26, 15, 9; 39, 32, 8: *hi in spem — honoris dilati*; 41, 8, 5: hinhalten, durch den Aufschub der Erklärung oder Entscheidung; dagegen ist *differret* absolut wie 24, 39, 3, *diem* nicht davon abhängig wie 3, 46, 5: *tempus*, sondern mit *de die* adverbielle Bestimmung, s. 5, 48, 6: *diem de die prospectans*: einen und im Laufe desselben noch, unmittelbar darauf den anderen. — *Hipp. a. H.*, c. 23. — *legiones*, s. 2, 26, 3. — *in arc.*, eben den Euryalos.

5. *nomina* etc., Cic. Verr. 4, 53: *ea tanta est urbs, ut ex quattuor urbibus maximis constare videatur* etc. Zu *instar urb.*, s. 26, 28, 11, kann dem Sinne nach nicht *nomina*, sondern nur *partes urbis* Subject sein: die Namen bezeichnen Theile der Stadt, und diese sind zugleich gleichsam ganze Städte, 24, 18, 8; statt *et* würden wir *sed* erwarten, s. c. 22, 13; 3, 46, 10; 28, 26, 11. — *praedae*, doch wird gerade diese nachher gestattet. — *freq. i. loca*, die beiden Stadttheile c. 24, 15; der Raum zwischen Neapolis und Tycha bis nach Epipolae war weniger bewohnt; das Lager selbst lehnte sich wahrscheinlich im Westen an den dort sich erhebenden Hügel (*Buffalaro*), um gegen die Feinde auf dem Euryalus gedeckt zu sein, c. 26, 1.

gati eo ab Tycha et Neapoli cum infulis et velamentis venerunt
7 precantes, ut a caedibus et ab incendiis parceretur. de quorum
precibus quam postulatis magis consilio habito Marcellus ex
omnium sententia edixit militibus, ne quis liberum corpus vio-
8 laret: cetera praedae futura. castraque tectis parietum pro muro
saepta; portis regione platearum patentibus stationes praesi-
diaque disposuit, ne quis in discursu militum impetus in castra
9 fieri posset. inde signo dato milites discurrerunt; refractisque
foribus cum omnia terrore ac tumultu streperent, a caedibus ta-
men temperatum est; rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia
10 diuturna felicitate cumulata bona egesserunt. inter haec et Phi-
lodemus, cum spes auxili nulla esset, fide accepta, ut inviolatus
ad Epicyden rediret, deducto praesidio tradidit tumulum Roma-

6--7. *cum inf.* etc., s. 24, 30, 14. — *et ab*, vorher nur *ab* — *et*, s. 31, 5, 4: *de re p. deque* — *bello*. *ab inc. parc.*, so ist *parcere* vielleicht nur an dieser Stelle nach der Analogie von *temperare* mit *a* construirt, wie umgekehrt *defendere*, *arcere* den Dativ haben kann, vgl. 26, 31, 5. — *precibus q. p.*, 44, 14, 6: *Prusiae preces magis quam postulatio fuere*; doch war a. u. St. nach *precantes* kein Grund zu dem Zusatze; über die Stellung von *magis* s. c. 40, 8; 22, 4, 6. — *ex omnium* etc., der Theilnehmer am Kriegsrathe; Plut. unmittelbar nach der von L. c. 24, 11ff. geschilderten Stimmung des Marcellus 19: *τῶν ἡγεμόνων οὐδεὶς μὲν ἦν ὁ τολμῶν ἐναντιοῦσθαι τοῖς στρατιώταις αἰτουμένοις δι' ἁρπαγῆς ὠφεληθῆναι, πολλοὶ δὲ καὶ πυρπολεῖν καὶ κατασκάπτειν ἐκέλευον.* — *ne quis* etc., wie die Gesandten gebeten haben, vgl. Diod. 26, 30; L. 26, 47, 10.

8—10. *castraque* etc., L. hat ohne Zweifel sagen wollen, dass das Lager auf beiden Seiten, statt durch Wall und Graben, durch die Wände oder Mauern der Häuser gedeckt gewesen sei; doch ist zu bezweifeln, ob dieses in den Worten liegen könne, denn obgleich *tecta* auch 26, 10, 6 nicht in dem gewöhnlichen Sinne gebraucht zu sein scheint, so ist doch auch die Verbindung *edixit* — *castraque* — *saepta*; *disposuit* nicht passend, viell. ist *castra contextis parietum*, vgl. Ulp. Dig. 39, 2, 15: *contextus parietum*, zu lesen. Andere vermuthen *obiectu* oder *circumiectu p.* u. A. — *pro muro*, nicht: statt einer Mauer, da das Lager gewöhnlich nur Wall und Graben hat, sondern: wie eine Mauer, s. 44, 39, 5: *patria altera est militaris haec sedes* (*castra*), *vallumque pro moenibus*. — *portis*, die Thore des Lagers, welches geschützt werden soll, nicht der Städte, die nach dem Vorhergeh. nach innen keine Mauern und Thore, wie Achradina, hatten. — *regione pl. p.*, die sich den Strassen der Städte gegenüber öffneten, dahin den Ausgang gestatteten, vgl. c. 11, 7; c. 30, 7; 10, 34, 7: *portam* — *eadem regione* — *patentem*; 33, 17, 6. *impetus* von Philodemus etwa, oder den Feinden in Achradina. — *modus*, Ziel. — *ut inviol.*, weil in *fide accepta* der Begriff des Zugeständnisses liegt, wie nach *pacisci* c. 33, 3; *convenit* 44, 25, 8; *in foedere erat* 39, 36, 9; *pignus fidei* 22, 58, 6 u. a.; gewöhnlich der acc. c. inf. 1, 58, 7; 40, 46, 15 u. a

nis. aversis omnibus ad tumultum ex parte captae urbis Bomil- 11
car noctem eam nactus, qua propter vim tempestatis stare ad
ancoram in salo Romana classis non posset, cum XXXV navibus 12
ex portu Syracusano profectus libero mari vela in altum dedit
quinque et L navibus Epicydae et Syracusanis relictis; edoctisque 13
Carthaginiensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset,
cum centum navibus post paucos dies redit, multis, ut fama est,
donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus.

Marcellus Euryalo recepto praesidioque addito una cura erat 26
liber, ne qua ab tergo vis hostium in arcem accepta inclusos in-
peditosque moenibus suos turbaret. Achradinam inde trinis ca- 2
stris per idonea dispositis loca spe ad inopiam omnium rerum
inclusos redacturum circumsedit. cum per aliquot dies quietae 3
stationes utrinque fuissent, repente adventus Hippocratis et Hi-
milconis, ut ultro undique oppugnarentur Romani, fecit. nam et 4
Hippocrates castris ad magnum portum communitis signoque
iis dato, qui Achradinam tenebant, castra vetera Romanorum
adortus est, quibus Crispinus praeerat, et Epicydes eruptionem
in stationes Marcelli fecit, et classis Punica litori, quod inter ur-
bem et castra Romana erat, adpulsa est, ne quid praesidi Crispi-
no submitti a Marcello posset. tumultum tamen maiorem hostes 5
praebuerunt quam certamen. nam et Crispinus Hippocraten non
reppulit tantum munimentis sed insecutus etiam est trepide fu-
gientem, et Epicyden Marcellus in urbem compulit. satisque iam 6
etiam in posterum videbatur provisum, ne quid ab repentinis
eorum excursionibus periculi foret. accessit et ab pestilentia 7

11—13. *Bomilcar,* dass er nach dem 24, 36 Erzählten wieder zurückgekehrt ist, hat L. nicht bemerkt. — *noct. eam,* er ersah, benutzte die günstige Gelegenheit, die ihm eine solche Nacht bot. — *stare a. a.*, vor Anker bleiben. — *in salo* auf der offenen See vor dem Hafen, den sie blokirt, vgl. 24, 39, 12. — *libero m.* ungehindert durch Feinde. — *Epic.*, c. 24, 8. — *cum cent. n.* etc., die Römer scheinen dem Kampfe ausgewichen zu sein. — *gaza,* 24, 23, 3.

26. 1—6. *recepto,* s. 26, 32, 2. — *addito,* überdies besetzt hatte. — *ne qua* etc., Epexegese zu *una cura,* s. 2, 36, 3; 25, 32, 6. — *vis,* Heeresmacht, s. c. 25, 4. — *Achrad.* als besondere Festung; 24, 32, 8. — *trinis c.*, die an der Westseite der Achr. von der Nordküste bis an den Isthmus vertheilt sein konnten, s. c. 30, 9; 12. *spe* s. 6, 9, 9. — *inop.* c. 23, 2. — *magnum p.*, im Gegensatz zu dem portus Laccius an der Ostseite der Insel, welche den grossen Hafen östlich begrenzt. — *vetera,* s. 24, 33, 3. *Crisp. p.* ib. 39. — *inter u.* etc., also zwischen Achradina, Neapolis und dem Olympium. — *adpuls.*, die Truppen sind gelandet. — *munim.*, s. c. 9, 7; 21, 32, 4: *adpellendum Hispania Hasdrubalem.* — *iam et.*, 22, 15, 1.

7—9. *ab pest.*, veranlasst durch, in Folge, 30, 6, 1 *ab eodem errore credere*; vgl. 4, 32, 10. *et* verbindet den Gedanken mit *ne quid — foret,*

commune malum, quod facile utrorumque animos averteret a
belli consiliis. nam tempore autumni et locis natura gravibus,
multo tamen magis extra urbem quam in urbe, intoleranda vis
8 aestus per utraque castra omnium ferme corpora movit. ac pri-
mo temporis ac loci vitio et aegri erant et moriebantur; postea
curatio ipsa et contactus aegrorum volgabat morbos, ut aut ne-
glecti desertique qui incidissent morerentur, aut adsidentis cu-
9 rantisque eadem vi morbi repletos secum traherent, cotidianaque
funera et mors ob oculos esset, et undique dies noctesque plo-
10 ratus audirentur. postremo ita adsuetudine mali efferaverant
animos, ut non modo lacrimis iustoque conploratu proseque-
rentur mortuos, sed ne efferrent quidem aut sepelirent, iace-
rentque strata exanima corpora in conspectu similem mortem
11 expectantium, mortuique aegros, aegri validos cum metu tum
tabe ac pestifero odore corporum conficerent. et ut ferro potius
12 morerentur, quidam invadebant soli hostium stationes. multo
tamen vis maior pestis Poenorum castra quam Romana — diu
circumsedendo Syracusas caelo aquisque adsuerant magis —
13 *adfecerat*. ex hostium exercitu Siculi, ut primum videre ex gra-
vitate loci volgari morbos, in suas quisque propinquas urbes di-

worin liegt, dass die Punier nichts unternehmen, die Römer sich ruhig verhalten können. — *commune*, welches beide Theile in gleicher Weise traf. — *facile*, leicht, wohl, 24, 36, 7. — *tempore gr.*, s. § 13; 37, 23, 2. — *extra u.*, in der Sumpfgegend am Anapus, während die Stadt, besonders Epipolae, höher lag, 24, 34, 4. — *movit*, wirkte (nachtheilig) ein, s. 21, 39, 2. — *vitio*, (nur) die verderbliche Beschaffenheit. *contactus*, 3, 6, 3: *contagio*. — *incidissent* n. *in morbum*; 41, 21, 5. — *adsident.*, Besuch und Pflege der Kranken, s. 9, 46, 9; 21, 53, 6: *adsidens aegro collegae*; da die Hss. *insidentis* haben, ist viell. etwas ausgefallen. — *curantis*, s. c. 24, 12 die Aerzte, 5, 3, 6, u. Krankenpfleger, über das partic. praef. 4. — *ead. vi rep.*, angesteckt, s. Thucyd. 2, 51, 4: ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀναπιμπλάμενοι; überhaupt hat L. die Schilderung des Thucydides nachgeahmt, vgl. Sil. It. 14, 582 ff. — *cotidianaque*, und so, in Folge davon.

10—11. *efferaverant* transitiv, wie mehrfach bei L., s. 23, 5, 12; 21, 39, 3; vgl. 1, 19, 2. — *iusto*, wie ihn die Sitte (zu Rom) forderte, s. 1, 58, 12, mit Rücksicht auf die *iusta funebria*, 1, 20, 7; Thucyd. 2, 52, 3: εἰς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων. *non* gehört zu *prosequer.*, *modo*: um etwas Mässiges, weniger Dringendes zu nennen, s. 1, 40, 2; 32, 20, 7. — *tabe*, Verwesung.

12—15. *Poenor.* — *Rom.*, s. 36, 29, 5. *Romana*, nach § 15 das Lager in der Stadt, da das am Olympion aufgegeben ist. — *diu*, die Parenthesen finden sich nicht selten ohne Conjunction, so dass *nam*, welches Dobrée zusetzen will, hier nicht nöthig ist, s. 9, 35, 2; 40, 57, 3 u. a. — *adfecerat* od. ein ähnliches Verbum (*incesserat* 28, 46, 15) ist ausgefallen, und da die guten Hss. auch *et* statt *ex* haben, viell. noch mehr. — *propinquas* enthält, dem Folg. gegenüber, den Grund; ein Adject.

lapsi sunt; et Carthaginienses, quibus nusquam receptus erat, 14
cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone ad internecionem
omnes perierunt. Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, tradu- 15
xerat in urbem suos infirmaque corpora tecta et umbrae recrea-
verant. multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumpti
sunt.

Deleto terrestri Punico exercitu Siculi, qui Hippocratis mi- **27**
lites fuerant * * haud magna oppida, ceterum et situ et muni-
mentis tuta, tria milia alterum ab Syracusis, alterum quindecim
abest. eo et commeatus e civitatibus suis comportabant et auxilia
accersebant. interea Bomilcar iterum cum classe profectus Car- 2
thaginem ita exposita fortuna sociorum, ut spem faceret non
ipsis modo salutarem opem ferri posse, sed Romanos quoque
in capta quodam modo urbe capi, perpulit, ut onerarias naves 3
quam plurumas omni copia rerum onustas secum mitterent clas-
semque suam augerent. igitur centum xxx navibus longis DCC 4
oneraris profectus a Carthagine satis prosperos ventos ad trai-
ciendum in Siciliam habuit. sed idem venti superare eum Pa-
chynum prohibebant. Bomilcaris adventus fama primo dein 5
praeter spem mora cum gaudium et metum in vicem Romanis
Syracusanisque praebuisset, Epicydes metuens, ne, si pergerent 6
idem, qui tum tenebant, ab ortu solis flare per dies plures venti,
classis Punica Africam repeteret, tradita Achradina mercennario- 7
rum militum ducibus ad Bomilcarem navigat. classem in statione 8
versa in Africam habentem atque timentem navale proelium, non

neben dem auf *suus quisq.* bezogenen Substantiv findet sich nicht oft, vgl. 42, 44, 1. — *et Carth.*, andererseits, c. 21, 8; 23, 21, 6; beide Umstände lösen das Heer auf. — *receptus er.*, s. 1, 56, 3; sie hatten wol befreundete Städte, aber nicht hier, wie die Siculer ihre Heimath. Dass auch Siculer in dem punischen Heere dienen s. 24, 36, 1. — *suos*, aus dem alten Lager. *umbrae*, 33, 48, 4.

27. 1—5. *terrestri* steht § 2, *Punico* dem folg. *Siculi* gegenüber. *fuerant*, aus *alterum* — *alterum abest* und *eo* geht hervor, dass L. die Städte genannt hatte; wahrscheinlich ist ein Satz ausgefallen: .... *occupaverant* oder *ceperant*. — *quindec.*, über das Fehlen von *milia* s. 21, 59, 1; ebenso häufig wird *passuum* ausgelassen. — *ita exp.*, dadurch dass er so schilderte. — *perpulit*, absolut wie § 8; 1, 45, 2 und sonst oft, vgl. c. 28, 5. — *suam*, die aus Kriegsschiffen bestand. — *cent. XXX* s. c. 25, 13. — *idem v.*, nach § 6 und 11 hindert ihn, wie natürlich, der Südostwind; dieser konnte ihm, auch wenn er von Carthago zunächst nach Heraclea segelte, nicht günstig sein, sondern der Westwind; dieser müsste sich in Südost umgesetzt haben und *idem* = *iidem* also bedeuten: in gleicher Weise, wie ihn vorher die Winde unterstützten, hindern sie ihn jetzt, besonders da § 6 *qui tum tenebant* (anhielten) andeütet, dass der Wind vorher ein anderer gewesen sei; anders ist *idem* § 6 zu nehmen.

6—10. *versa in Afr.*, so gelegen, dass er seine Flotte nach Af.

tam quod impar viribus aut numero navium esset — quippe etiam
plures habebat — quam quod venti aptiores Romanae quam suae
classi flarent, perpulit tamen, ut fortunam navalis certaminis ex-
9 periri vellet. et Marcellus, cum et Siculum exercitum ex tota in-
sula conciri videret, et cum ingenti commeatu classem Punicam
adventare, ne simul terra marique inclusus urbe hostium urgere-
tur, quamquam impar numero navium erat, prohibere aditu Sy-
10 racusarum Bomilcarem constituit. duae classes infestae circa
promunturium Pachynum stabant, ubi prima tranquillitas maris
11 in altum evexisset, concursurae. itaque cadente iam Euro, qui
per dies aliquot saevierat, prior Bomilcar movit, cuius primo
classis petere altum visa est, quo facilius superaret promuntu-
12 rium. ceterum postquam tendere ad se Romanas naves vidit,
incertum, qua subita territus re, Bomilcar vela in altum dedit,
missisque nuntiis Heracleam, qui onerarias retro inde Africam
repetere iuberent, ipse Siciliam praetervectus Tarentum petit.
13 Epicydes a tanta repente destitutus spe, ne *ad* obsidionem ma-
gna ex parte captae urbis rediret, Agrigentum navigat, expecta-
turus magis eventum quam inde quicquam moturus.

28 Quae ubi in castra Siculorum sunt nuntiata, Epicyden Sy-
racusis excessisse, a Carthaginiensibus relictam insulam et prope
2 iterum traditam Romanis, legatos de condicionibus dedendae ur-

richten und sogleich dahin absegeln konnte. — *aptiores*, wenn sie von Osten her kamen. — *et M.*, in gleicher Weise entschloss sich M. — *Siculum* etc., s. § 1. — *urbe*, der blosse Abl., s. c. 11, 15; 23, 7, 3; 38, 60, 6: *carcere incluserit* u. a., vgl. 24, 19, 11. — *circa pr.*, auf der Süd- und Ostseite. — *prima tr.*, die erste, mit der Andeutung, dass sie erwartet wurde, vgl. 31, 45, 12: *ubi prima tranquillitas data est.* — *evexisset* n. *classes*, gestattete in die offene See zu fahren.

11—13. *Euro* s. § 6. — *movit*, setzte sich in Bewegung. — *primo* im Gegensatze zu *ceterum*, die hds. Lesart *prima* würde bezeichnen, dass nur der erste Theil der Schiffe, der rechte Flügel, die hohe See zu gewinnen gesucht habe, während im Folg. von der ganzen Flotte die Rede ist, und der Nachdruck auf *visa est* — *superaret* liegt. — *tend.*, 28, 8, 2. — *Heraclea*, s. 24, 35, 3; dahin scheint auch seine Flotte zuerst gelangt zu sein. — *onerarias* ohne *naves*, anders §§ 3, 4; vgl. c. 31, 13 u. a. — *retro rep.*, 9, 2, 8. — *praetervect.* s. 37, 16, 2, vgl. 24, 44, 10. — *Tarent.*, s. 26, 20, 7. — *a tanta s.* findet sich bei L. eben so wohl, 22, 15, 2: *destitutus ab spe* — *certaminis*; 36, 33, 3; 40, 47, 9, als der blosse Abl., 31, 24, 3, ohne dass jene Construct. eine Personification bezeichnete. — *ad obsid.*, um Theil zu nehmen an der Belagerung, sie mit zu erdulden, im Gegensatze zu c. 28, 4: *extra obsidionem*, vgl. c. 30, 3: *obsideri.*

28. 1—3. *Quae* wird durch *Epicyden* etc. erklärt. — *cast. Sic.*, das Heer, s. § 4, derselben hat sich wieder gesammelt, vgl. c. 27, 1; 9. — *Syracusis*, s. 24, 12, 3. — *iterum tr.*, wie nach dem Siege des Catulus, vgl. c. 22, 10: *prope redditam.* —

